

§. II.

An in causis mixti Fori absolutus in Foro Ecclesiastico possit adhuc judicari in Foro Saculari; & econtrà?

97 Quando causa mixti Fori semel ad alterum Forum delata est, pro regula traditur. præventionem induci, illumque Judicem censeri competentem, qui prævenit alterum *arg. eorum*, quæ in *cap. 2. d. n. 406.* resoluta sunt. Unde disputari solet: an, si causa mixti Fori ad Judicem Ecclesiasticum fuerit delata, isque reum absolverit, Judex Laicus possit de novo causam cognoscere; & econtrà? Qui cum Felino, Claro, Gomez, & Covarruvia *Var. resol. l. 2. c. 10. num. 6.* in affirmativam deflectunt, moventur ex eo, quòd Forum Ecclesiasticum & Saculare diversum sit; nec sententia lata in uno possit exceptionem rei judicate prætere in altero.

99 Sed motivum hoc nullarum est virium. Enimvero, licet Judicia & Fora sint diversa, atamen ex sententia vix non canonizata exceptio rei, per Judicem Ecclesiasticum ju-

dicata, potest etiam in Foro Saculari respectu earundem personarum allegari, & econtrà; eò cum effectu, ut Judices Saculares, tali exceptioni morem gerere nolentes, per censuras Ecclesiasticas compelli queant, per expressum textum in *cap. ult. de Except. in 6.*

Assentior itaque Olivæ de Foro Eccles. p. 2. 100 q. 28. num. 14. & communi sententia, quòd absolutus in causa mixta in uno Foro nequeat amplius ad aliud Forum evocari: sicut enim in aliis casibus, ubi Jurisdictio pluribus ex diversis titulis competit, facta semel præventionem, nequeunt alii Judices Judicio semetingerere, non tantum, si causa pendeat, sed & si decisa jam sit: ita & in causis mixti Fori, cum sufficere debeat, de una causa semel judicatum esse per *cap. de his 6. de Accusat. & l. pen. §. ult. ff. Nausa, coupons &c.*

§. III.

An punitus in uno Foro possit adhuc in altero puniri?

101 Hæc quaestio resolvitur ex antecedente. Cum enim Judex ille, qui ab altero præventus est, nequeat amplius de causa præventa cognoscere, nec punire potest: partim quia legitime nequit imponi poena, ubi nulla cognitio, nullumque judicium est: partim quia naturalis æquitas non permittit, ut de uno crimine jam punitus iterum puniatur. *l. prator 7. §. 1. ff. de Injur.* sicut non concedit, ut idem debitum bis exigatur. *l. bona fides 57. ff. de R. J. Panormitan. in cap. 104. §. de Procurat. n. 5. Olivæ cit. q. 18. n. 15.*

Limitanda tamen est ista resolutio, quando non potuit in Foro Ecclesiastico delinquenti poena debita imponi, eò quòd poenam sanguinis, quam Ecclesia non dicitur, meruerit: tunc enim, sicut justitia vindicativa majus supplicium appetit, ita & dicitur potest à potestate Saculari per textum in *cap. felicitis 5. §. præmissis 5. per hoc quoque &c. de Pen. in 6. ibi: Sacularibus Potestatibus non admittimus facultatem, utendi Legibus contra tales &c.* Consultatur Olivæ *cit. l. P. Engel ad rit. de Foro comp. n. 76. P. Wicltner ad eund. tit. n. 141.*

CAPUT V. De Tempore Judicii.


Præ arum est, causam judicialem cognovisse, nisi & tempus, quòd causa proponi vel examinari debet, cognoscatur: cum, qui tempore non juridico, seu die feriato Judicium exercet, exerceat nulliter *cap. ult. & l. ult. Cod. de Feriis.* Tempus autem Judicii exercendi non possumus agnoscere melius, quàm si illius contrarium, tempus videlicet, in quo Judicii cursus sistitur, hoc est, Ferias illisque confines Dilationes consideremus. Ergo de Feriis agendò sit

SECTIO I.

De Natura & multiplicitate Feriarum.

SUMMARIA.

- 1. Etymologia & Synonymia Feriarum. 2. Homonymia. 3. Definitio. 4. & 5. Computatio. 6. & 7. Objeclum. 8. & seq. Divisio prima in ordinarias & extraordinarias. 10. & seq. Divisio secunda in sacras & profanas. 12. & seq. Aliis judiciales, non etiam aliis, die feriato nulliter exercentur. 14. Nisi excuset necessitas. 15. Succurrat pietas. 16. Sit processus summarius, & feria profana ac ordinaria. 17. Aut partes ejusmodi Feriis renuntient.



§. I.

Quid sint Feriæ?

Feria, etymon suum ex vulgatissima DD. interpretatione, à feriendis hostiis sunt adeptæ: eò quòd hostias illis diebus ferire, & victimas immolare antiquas consueverit. Prænob. ac Clariss. D. Colleta de Wollerem. in *Quæst. Oenipontan. q. 9. n. 2.* Dicitur alias *dies nefasti*, in quibus videlicet Prætori fas non erat, dicere tria verba: *Do, Dico, Ad dico*; sicut econtrà *dies fasti* nominabantur, in quibus Prætori fas erat, jus ita dicere, & fari, juxta illud Ovidii:

Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur: Fastus erit, per quem lege licetis agi.

Accipi possunt vel Theologicæ vel Juridicæ. Theologicæ, si accipiantur, denotant quietem & abstinentiam non tantum ab actibus judicialibus, sed etiam ab operibus servilibus, quæ neque corporis commoditati proximè deserviant, ac communiter per servos exercentur *cap. licet 3. h. r.* item à mercatura, seu contractibus & mundanis solennioribus *cap. omnes 1. d. r.* nec non juramento, extra judicium absque necessitate interponendò *d. cap. omnes.*

Juridicæ si accipiantur, denotant solam vacaturam à strepitu forensi; & quia sic accipiuntur in præsentem, definiti possunt, quòd sint dies, ab actibus judicialibus vacui; seu, in quibus jus non dicitur, aut non judicatur.

Dixi *1. dies.* Dies autem non sumitur mathematicè per intervallò, quòd à media nocte ad aliam mediam noctem porrigitur; sed le-

galiter pro spatio, quod intercurrit à vespera præcedentis diei ad vesperam sequentis *cap. omnes 1. h. r.* ad normam Legis Veteris, in qua *Levitici 23. 8. 32.* præceptum erat: *à vespera in vesperam celebrabis sabbata vestra.* Nisi aliter habeat consuetudo *cap. quoniam 2. in pr. eod. tit.* Scribi Barbosa *num. 3.* sicuti per totam ferè Europam, ut testatur Gonzalez ad *cit. cap. omnes 1. n. 3. in fin.* consuetudo habet, ut à dimidia nocte dies feriatus incipiat, & usque ad aliam dimidiam noctem extendatur, conformiter Juri Romano in *l. more Romano §. ff. eod. tit. §. 1. ff. de 2. §. 2. q. 9. n. 2. §. 2. §. 1. q. 1. §. 1.*

Dixi *II. ab actibus judicialibus vacari.* Ut reposità vice significarem, Ferias hic non cum Theologicis absolute considerari, quatenus universim à negotiis profanis & servilibus vacantur inducunt; sed cum Juristis relatè ad Judicium, quatenus in illis soli actus judiciales (qui, quales sint, dicitur in *set. 3.*) verentur.

Dixi *III. seu, in quibus jus non dicitur, aut non judicatur.* Ubi non tantum illos actus prohibitos esse, monstrare volui, qui à Judice Jurisdictionali, sed etiam, qui à Judice Notionali expeditur: quidquid enim tribus illis verbis, in *num. 1.* relatis, continetur, scilicet *Do (actionem) Dico (jus) Ad dico (aliquid sententia) interdicitur.* Et hinc Feriæ sunt *Festivitates*, hoc est, tempus, in quo jus quasi sistitur, dum nec dicitur, nec redditur, nec explicatur, nec applicatur.

§. II.

Quotuplices sint Feriæ?

Feria dividuntur I. in ordinarias, & extraordinarias. Ordinaria, quæ & Solennes dicuntur, sunt illi dies, qui, stabili Lege firmati, statis vicibus per annum recurring, uti sunt *v. g.* dies dominici, dies festivi, dies messiu &c. Extraordinaria, quæ etiam *Repentina* nuncupari consueverunt, sunt illi dies, qui, nullà stabili Lege firmati, pro re nata, extra ordinem, vel ob bonum publicum, recens obtentum, vel ob causam aliam repentinam indicuntur.

II. dividuntur in sacras & profanas. Sacrae sunt, quæ ad honorem Divini Numinis aut-

cultura SS. principaliter introductæ sunt. Tales reputantur dies Dominici, Festa Domini, Solennitates Beatissimæ Virginis, Apostolorum, & aliorum Sanctorum &c. *cap. ult. h. r. Profana* sunt, quæ ob finem politicum & temporalem principaliter sunt instituta. Tales censentur Feriæ messis, quæ de Jure Communi à die 8. Calendas Julii usque ad Calendas Augulti conceduntur. *l. ut in die 2. Cod. h. tit. Feriæ vindemiarum, quæ à die 10. Calendas Septembris usque in idus Octobris indulgentur d. l. 2. Feriæ, quæ propter adventum Principis indicuntur.*

§. III.

Quis effectus sit Feriarum?

Effectus Feriarum est, quòd actus judiciales in illis non tantum prohibiti, sed etiam irriti sint & nulli *cap. ult. h. r.* aliter atque contractus & actus alij, qui, licet his diebus sint vetiti, pro invalidis tamen non habentur. P. Pirhing ad *h. r. num. 21.* Clariss. P. Schmalzgrueber *ibid. sub n. 23.*

Cujus ratio est: quia, licet alioquin actus prohibitus in meis principiis sit etiam irritus; hoc tamen

non obtinet in actibus, qui non ex natura sua, sed propter extrinsecam quandam circumstantiam sunt interdicti: hi proinde, ut nulli censentur, Annulli non tantum prohibente, sed etiam annullante opus habent.

Limitatur autem prohibitio & irritatio judicialium actuum I. si causa necessitatis urgeat *d. cap. ult. h. r.* & vel actio tempore sit peritura *cap. ult. §. verum de Judic. l. ne quis 1. & 2. seqq. ff. h. r.*

ff. h. t. vel debitor aut reus de fuga sit suspectus, aut periculum in mora veretur, ut contingit in causis criminalibus *l. provincialium 10. Cod. h. t.* vel aliunde damnus aliquod, seu spirituale, seu temporale imminet. Pax Jordan *Elucidat. div. lib. 11. tit. 1. n. 191.* & seq. Sabellus in *Summa §. feria n. 2. & 3.* Schambogen ad *h. t. n. 18.* Schmalzgrueber *d. l. n. 52.*

15 II. si causa pietatis & misericordiae subveniat *d. cap. ult. h. tit.* qualis est circa personas miserabiles; imò etiam circa rusticos & opidanos, quos saltem ex consuetudine excusari posse, quòd non aliis diebus quàm festivis convenire ac iudicium subire consueverint, infinuatur Pax Jordan *cit. l. n. 192.* Reiffenstuel ad *h. t. n. 40.*

III. in processu Summario, qui, si Ferie sint 16 profanæ & ordinariæ, nequiquam illicitus aut irritus est iuxta *Clem. sepe 2. de V. S.* ubi Abbas *n. 28. & seq.*

IV. in renuntiatione; quæ quidem in se 17 stititibus sacris & extraordinariis nullatum est virtum, in aliis tamen est concessa *cap. ult. h. t. l. omnes dies 7. Cod. eod.* nam Ferie sacre & extraordinariæ primario tendunt in favorem & commodum publicum; ordinariæ verò & profanæ cedunt in commodum privatum: ideòque vi regulæ in *l. ius publicum 38. ff. & l. penult. Cod. de Pat.* posterioribus, non etiam prioribus, renuntari potest. Fagnanus in *cit. cap. ult. h. t. num. 7. & seq.* P. Reiffenstuel ad *eund. tit. n. 31. & seq.*

SECTIO II.

De Causa constitutivâ, & Subjecto Feriarum.

SUMMARIUM.

18. Feries sacras pro universo orbe constituit S. Pontifex. 19. & seq. Quidquid obloquatur A Catholicis. 22. & seq. Principibus Sacularibus fas non est, sacras Feras constituere. 28. & seq. Pro particularibus diæcesibus constitunt Episcopi. 31. & seq. Praxis & Bul-

la Urbani VIII. notatur. 35. & seq. Feras profanas constitunt Summi Principes. 37. & seq. Inferiores Magistratus declarant. 39. Fera obligant, sicut Leges. 40. & seq. Fera particulares ab omnibus, qui in loco sunt, servari debent. 42. Tametsi Clerici sint.

§. I.

Quisnam Feras sacras constituat?

18 **D**ico I. Feras sacras pro universo orbe constituit solus S. Pontifex. Panormitanus ad *cap. quoniam 2. h. t. n. 2.* Fagnanus in *cap. ult. h. t. n. 35.* Barbosa de *Off. & pot. Episc. alleg. 105. n. 36.* Pignatellus *tom. 1. consult. 7. num. 1.* & ferè omnes Catholicis. Ratio desumitur ex *Lib. 1. tract. de Jure Leg. cap. 5. à num. 42.* ubi conclusum est, Legem universalem pro tota Ecclesia in materia spirituali à solo Romano Pontifice decerni posse, ut pote qui soli in materia spirituali fideles omnes sunt subiecti.

19 Equidem contra hanc conclusionem insurgunt A Catholicis, specialim Struv. exercit. ad *par. 5. ib. 35.* Miller *ibid.* Samuel Stryck. in *usu mod. pandect. ad tit. de Fer. §. 3. & seq.* ac ius constituendi Feras sacras ad Majestatem profanam, & (in Imperio) ad Jurisdictionem. Territorialem referunt, allegantes partim Instrumenta Pacis Religiosæ & Osnaburgg. *art. 1. §. 30. & 48.* Jus sacrorum Superioritati Territoriali connectentia; partim exempla Legis Veteris, in quibus Regiò edictò dies facti sunt constituti *1. Reg. 18. v. 65. 1. Reg. 12. 2. v. 32. 2. Paralipp. 7. v. 8. Esdr. 8. v. 1.* Sed non est, cur hoc in puncto memorem A Catholicos, sacra profanis in veteratò jam more miferentes, posteaquam in *cit. lib. tract. de Jure Leg. in toto cap. 2.* per multa folia ostendimus, jus sacrorum ad solum S. Pontificem spectare; cujus Majestati eò minus detrahere possunt sectarii, quòd in ipsorum potestate

non sit, Divinitus datum Pastorem repudiare, collum à jugo Christianæ obedientiæ excutere, ac formam Hierarchiæ Ecclesiasticæ per transactiones aut pacificationes immutare. Nec jus constituendi Feras sacras ex Legge Veteri poterunt elicere: nam, ut mox dicemus, non tam jure proprio, quàm delegatò ferari subditos jusserunt Principes & Reges Veteris Testamenti.

Scio quoque, ex Catholicis esse Sylvestrum, 22 qui in *summa V. Dominica num. 2.* Principibus Laicis facultatem constituendi Feras attribuit ob textum in *l. ut. in die 2. l. omnes 3. l. ult. Cod. h. t.* ex quibus apicum est, à Christianis Principibus de factò Feras esse constitutas; & rationem: tum quia abstinere ab operibus 23 servilibus & negotiis forensibus non est aliquid ex se spirituale: tum quia communitas Laica potest etiam per votum se obligare ad diem quandam, pro festivo celebrandum.

Sed nihil proficit Sylvester seu textu, seu 24 ratione. Quod enim in *cit. LL.* Imperatores Feras constituisse legantur, id factum ex arbitrio aut Episcoporum aut summorum Pontificum, non tam ut de novo constituantur, quàm authenticè promulgentur, ac brachiò seculari adjuventur. Nihil enim, ut lo- 25 quitur Clariss. D. de Wolleren *cit. l. n. 8.* absolum, sed potius summe proficuum esse videtur, si etiam Magistratus Laicus temerarie sacrorum violatores ad observantiam Ecclesiasticarum Legum, in subsidium Magistra-

tus Ecclesiastici, adigat, & illos, qui minas SS. Canonum insuper habent, severioribus quoque poenis compellat per textum in *cap. si in adiutorium 7. & cap. quoniam 8. Dist. 10. Tri-*

26 **D**ent. *sess. 25. de reformat. cap. 2.* Ratio, quòd abstinencia à negotiis servilibus & forensibus non sit aliquid in se spirituale, non stringit: est siquidem spiritualis, quatenus substat fini Legislatoris, Feras sacras ob cultum DEI & Sanctorum statuendis. Pari- 27 ter quòd voti materiam constituunt Feras, non sequitur, quòd etiam Legis materiam constituunt: Nam & Sacramenta Eucharistia, Penitentia, Ordinis &c. possunt voveri à Laicis, absque eo, quòd præcipi vel prohiberi possint à Magistratibus Laicis: Votum enim verò est aliquid privatum, & personale; Lex est aliquid publicum & commune, supponens in imperante Jurisdictionem, in parente subjectionem.

28 **D**ico II. Feras sacras pro particularibus Diæcesibus constituunt Episcopi, prærequisitò tamen Cleri & populi consensu. Ita textus authenticus in *cap. pronuntiandum 1. de Consecrat. 29 dist. 3. cap. ult. h. t.* Et ratio prioris membri est: quia singulis Episcopis singulare Diæcesum cura & directio fuit commissa, ut, que ad animarum salutem utilia esse periperent, ordinem & statuunt: ex qua ratione etiam statuta diæcesana possunt condere, jux- 30 ta dicta in *cit. tr. cap. 5. n. 101.*

Ratio posterioris membri est: quia, ad statuta condenda, secundum placita Juris Communis, solò quidem consilio Capituli sui opus habet Episcopus *cap. quando 5. de his, quas sunt à Prelat. sub cons. Capis.* Ad Feras tamen, de novo cum effectu constituendas, opus etiam habet populi suffragio, non per modum causæ principalis, sed conditionis sine qua non: cum ipsius multipliciter interfit, dies feriatos non nimium multiplicari, ne laborem manuum cum dispendio rei familiaris intermittere cogatur. 31 Hæc autem, ut memini, secundum placita Juris Communis ita verificantur. Nam de consuetudine in pluribus Diæcesibus Feras à

solis Episcopis indicij, docent B. bosa de *offic. & pot. Ep. alleg. 105. num. 36.* P. König ad *h. t. num. 6.* P. W. Iestner *ib. n. 5.*

Quidcunque tamen fit, observatu digna 32 est constitutio Urbani VIII. edita Anno 1642. quæ incipit: *Universa per orbem &c.* & declarat: *infra scriptos demarcas dies pro festis ex præcepto celebrandos esse, quos nempe vel ab initio veneranda servavit antiquitas, vel univèrsalis Ecclesia probavit consuetudo, vel omnium gentium unanimis pietas veneratur; Dominicos scilicet dies totius anni; Nativitatis D. N. J. C. Circumcisionis, Epiphaniæ & Resurrectionis cum duabus sequentibus feriis, Ascensionis, Pentecostes cum duabus partibus sequentibus feriis, Sanctiss. Trinitatis, Solemnitatis Corporis Christi, & Inventionis S. Crucis, nec non festivitatum Purificationis, Assumptionis, Assumptionis, & Nativitatis Deiparæ Virginitatis, Dedicacionis S. Michaelis Archangeli, Nativitatis S. Joann. Bapt. SS. Petri & Pauli, S. Andree, S. Jacobi, S. Joannis, S. Thoma, SS. Philippi & Jacobi, S. Bartholomæi, S. Matthei, SS. Simonis & Jude, & S. Matthei Christi Domini Apostolorum; item S. Stephani Protomartyris, SS. Innocentium, S. Laurentii Martyris, S. Sylvestri Pape & Confessoris, S. Folephi etiam Confessoris, & S. Anna Deiparæ respectivè Sponsæ & Genitricis, Solemnitatis omnium Sanctorum, atque unius ex principalioribus Patronis in quocunque Regno, sive provincia, & alterius pariter principalioris in quocunque Civitate, oppido, vel pago, ubi hos Patronos haberi, & venerari contigerit. Ad reliquorum vero dierum observantiam, 33 quos habentis sive in universa Ecclesia, sive in quavis natione aut regno, provincia, diæcesi, aut loco quocunque, sive ex præcepto, sive ex consuetudine, sive ex devotione, Christi fideles tanquam festivos celebraverunt, nequaquam ex præcepto ipsos teneri, in d. constitutione ulterius declarat. Ne 34 præterea dies festos à locorum Ordinariis nimis aliquorum facilitate, aut populorum importunitate deinceps iterum multiplicari contingat, iidem Ordinarii in Domino monentur, ut ad Ecclesiasticam ubique servandam aequalitatem, de cætero perpetuis futuris temporibus ab indictione sub præcepto novorum festorum studeant abstinere.*

§. II.

Quisnam Feras profanas constituitur possit?

35 **F**eras profanas soli Summi Principes Saculares constituunt. Ita Imperator Constant. in *l. à nullo 4. Cod. h. t. à nullo*, inquit, *Judice præsumi debet, ut auctoritate sua Feras aliquas concedat. Nec enim Imperiales Feras vocari oportet, quas Administratores edixerit; ac per hoc, si nomine eximantur, etiam fructus carebunt.*

36 Ratio habetur ex *cit. tr. de Jure Leg. cap. 7. n. 51.* quia, Leges condere, spectat ad Summum Principem. Atqui Feras conduntur per modum Legis. Ergo &c.

37 Quando verò in *l. præfides 4. ff. h. t. & l. si in aliam quam 7. in pr. ff. de Offic. Proconsul.* dicitur: ad Præfides & Proconsules spectare, ut secundum mores & consuetudinem Feras dent, & statu-

ant; illud in eo sensu debet exaudiri, quòd Præfides, Proconsules, & similes Magistratus inferiores, Feras messium & vindemiarum, antehac ab Imperatoribus quoad substantiam jam ordinatas, quoad tempus & modum determinare debeant: cum enim ob diversam 38 aëris solique clementiam & temperiem alibi ferius, alibi citius & segetes flavescant, & vites maturescant, non potuit uniforme tempus pro universo Imperio ab Imperatore quoad messem & vindemiam designari, sed debuit hæc designatio singularum provinciarum Rectoribus relinqui. Clariss. D. de 39 Wolleren *d. l. num. 12.* qui etiam in *num. 13.* doctissime advērit, Principes & Status Imp-

rii nostri Romano-Germanici, unà cum Jure Territoriali, sine dubio etiam potestatem, Fe-

rias profanas suis subditis praefigendi, ab Imperatore & Imperio accepisse.

§. III.

Quam Ferias observare teneantur?

39 Hic usus quaesiti decilio ex d. tract. de Jure Legalis cap. 5. sect. 3. & cap. 7. sect. 3. per tot. idem repetenda est: quia feriae, ut antea dictum, indicuntur à potestate publica per Legem publicam: unde, qui Leges publicas, seu universales seu particulares; seu Ecclesiasticas, seu Sæculares, observare teneantur; illi & Ferias eadem proportione observare obligantur. Ex quo
40 Deducitur I. Ferias particulares locales, quoad processum judicium, ab omnibus esse servandas, quin loco illo Judicium subeunt, tametsi in loco domicilii non ferventur. Panormit. in cap. fin. h. t. n. 23. Vallens. eod.

tit. n. 13. P. König ib. n. 22. Ratio est: 14 quia ex una parte sententia multorum, & etiam nostra est, Leges particulares ab omnibus, qui in loco sunt, sive transeuntur, sive permanentur, tenendas esse d. cap. 5. de Jure Leg. num. 170. & seqq. ex altera autem parte videtur esse regula generalis, quòd Judicium ordinatio juxta consuetudinem loci, in quo judicatur, mensurari debeat.
Deducitur II. Clericos, in Foro Sæculari 42 litigantes, ad Ferias profanas indirectè adstringi, in quantum & cæteras functiones sæculares indirectè teneantur observare cit. et cap. 7. à n. 93.

SECTIO III.

De Actibus judicialibus, in die Festivo prohibitis.

SUMMARI A.

43. Objectum Feriarum attingitur. 44. Actus Jurisdictionis voluntariae simplicis non sunt vetiti. 45. Bene verò actus mixti. 46. Uti & actus Jurisdictionis contentiosæ. 47. & seqq. Libellus in die feriatò non potest offerri. 50. & seqq. Dissentientes referuntur, & resutantur. 52. & seqq. Alia objectio dispellitur. 54. Citatio non potest decerni, si causa cognitionem exposcat. 55. Si causa cognitionem non exposcat, secundum aliquos decerni potest. 56. Quòd tamen negatur. 57. Aliqui concedunt illius executionem. 58. & seqq. Reselluntur. 61. & seqq. Citatio non valet, in diem feriatum specificè facta. 63. Testes nequeunt jurare die festivo. 64. Examinari secundum aliquos possunt. 65. & seqq. A quibus recessum facimus. 70. & seqq. Ad contraria responderetur. 72. Sententia non potest feriatò die promulgari. 73. Multæ censuram admittunt. 74. Alii melius non admittunt. 75. Extracausam necessitatis appellare non licet diebus non-judicialibus. 76. Ratio. 77. Objectio. 78. & seqq. Solutio.

43. Objectum Feriarum attingitur. 44. Actus Jurisdictionis voluntariae simplicis non sunt vetiti. 45. Bene verò actus mixti. 46. Uti & actus Jurisdictionis contentiosæ. 47. & seqq. Libellus in die feriatò non potest offerri. 50. & seqq. Dissentientes referuntur, & resutantur. 52. & seqq. Alia objectio dispellitur. 54. Citatio non potest decerni, si causa cognitionem exposcat. 55. Si causa cognitionem non exposcat, secundum aliquos decerni potest. 56. Quòd tamen negatur. 57. Aliqui concedunt illius executionem. 58. & seqq. Reselluntur. 61. & seqq. Citatio non valet, in diem feriatum specificè facta. 63. Testes nequeunt jurare die festivo. 64. Examinari secundum aliquos possunt. 65. & seqq. A quibus recessum facimus. 70. & seqq. Ad contraria responderetur. 72. Sententia non potest feriatò die promulgari. 73. Multæ censuram admittunt. 74. Alii melius non admittunt. 75. Extracausam necessitatis appellare non licet diebus non-judicialibus. 76. Ratio. 77. Objectio. 78. & seqq. Solutio.

§. I.

Quales actus judiciales in genere sint prohibiti in die Festivo?

43 Objectum Feriarum, prout hic considerantur, ex num. 6. & 7. sunt actus judiciales. Ex his verò (quòd probè notandum) quidam referuntur ad Jurisdictionem voluntariam; quidam ad contentiosam. Qui ad Jurisdictionem Voluntariam referuntur, alii sunt simplices, qui nempe solam authoritatem & præsentiam Judicis efflagitant; alii sunt mixti qui, præter Judicis authoritatem & præsentiam, judicialem cognitionem exposcunt.
44 Et priores quidem actus non sunt vetiti, neque de Jure Civili, ut indicantur in l. ut in die 2. l. actus omnes 8. Cod. h. t. neque de Jure Canonico, utpote quòd solus judicialis strepitus in d. cap. ult. h. t. invenitur prohibitus, qualis in

actibus Jurisdictionis Voluntariæ simplicibus non intervenit. P. Engel h. t. n. 2. D. de Wolleren cit. l. n. 21. Posteriores verò sunt vetiti, & si positi fuerint, invalidi, utpote cum cognitionem judicialem non admittant. Feriatò dies l. ult. §. 1. Cod. d. t. ibi: sit ille dies à cognitionibus alienis &c. quòd ferè strepitum judicialem habeat annexum, ac homines notabiliter disturbare, arque à devotione & communibus gaudiis abstrahere soleant. P. König eod. tit. n. 10. D. de Wolleren ubi supra n. 10. Unde à fortiore etiam actus Jurisdictionis contentiosæ sunt prohibiti d. cap. ult. & cap. omnes 1. h. t. d. l. ult. Cod. eod. Quòd jam alibi, nempe in tract. de Jurisdic. cap. 7. n. 13. attackt est.

§. II.

Possitne libellus offerri die feriatò?

47 Satis probabilis, licet fortassis non practicabilis, est opinio Abbatis in cap. ult. de Jure n. 17. quòd libellus die feriatò nequeat offerri: tum quòd à libelli oblatione exor-

dium sumat Judicium, latius acceptum ex cap. l. n. 17. tum quòd in cap. quoniam 11. de Probas. petitiones, quæ utique fiunt per libellum, inter acta Judicii (quæ quiescere jubentur) nume-

48 numerentur tum quòd libellus in cap. un. de Litis Contestat. dicitur petitio in jure proposita, cum tamen in die feriatò jus non reddatur: tum quòd in l. omnes dies 7. & ult. in pr. & §. 1. Cod. h. t. prohibeatur omnis exactio publicorum & privatorum debitorum, nec ulla quemquam admonitio urgere debere, dicatur; quæ verba rectissime denotant libellum; quò actor à reo suum exigit, & urget debitum.

50 Respondent quidem, & textus allegatos cum distinctione solvunt P. Pirhing h. t. n. 27. P. Westner ib. n. 24. P. Reiffentuel ib. num. 47. & seqq. asserentes, eam libelli oblationem, quæ fit parti, die feriatò prohibitam esse: cum citationem, à qua Judicium inchoatur, præsupponat; non item, quæ fit Judici. Sed dubitem, an hæc solutio difficultatem exhau-

riat: tum quia petere, exigere, & admonere etiam ille dicitur, qui libellum conscribit, & Judici porrigit: tum quia Judicium, largius acceptum, non primum à citatione, sed jam à libelli oblatione sumit initium, ut patet ex textibus in d. cap. 1. n. 11. citatis.
Dices: oblationem libelli, cum solà voluntate actoris, non authoritate Judicis fiat, non esse judicialem actum, aut saltem festivo die non prohibitam.

Resp. non omnes actus judiciales à Jure peragi, sicuti v. g. est probatio, executio &c. nec proinde libelli oblationem eo ex capite è censu judicialium actuum eliminari posse; quin imò sufficere, quòd libellus offeratur Judici quò tali: sic enim perinet ad Judicium, & terminat Juris prohibitionem in textibus, à n. 47. recitatis.

§. III.

Possitne reus in die feriatò citari?

54 Citationem duo occurrunt expendenda, illius nempe commissio, mandatum, seu decretum; & executio, seu infinuatio. Decretum citationis die feriatò expediri non posse, si solennem causæ cognitionem desideret, fortè quòd dubitetur, an reus sit de Jurisdictione citantis; communissime concluditur cum. Fagnano in cap. ult. h. t. n. 25. cum sit verus actus judicialis, & speciem sententiæ interlocutoria præferat. Id autem expediri posse, quando non requiritur ejusmodi cognitio, tenet idem Fagnanus cit. l. n. 49. & seqq. Vallens. h. t. n. 13. P. König ib. n. 11. Reiffentuel cit. l. n. 51. Gail. 1. obs. 53. n. 4. allegantes praxin Curia Romanæ (de qua tamen Card. de Luca de Jure, disc. 9. n. 52. nihil meminit, sed locorum stylo & praxi deferendum monet) & adducentes rationem, quòd tale decretum non sit actus propriè judicialis, nec magis ad contentiosam, quam voluntariam Jurisdictionem revocetur.

56 Quia tamen citationis decretum est actus, quò Judicium initiat §. ult. Inst. de Prob. rem. litigant. siquæ judicialis: quia etiam semper aliquam cognitionem ratione temporis & termini designandi postulat: quia insuper est actus Jurisdictionis contentiosæ, ut docui in lib. 1. tr. de Jurisd. cap. 8. n. 10. cum utique invitò per se loquendò exercetur: quia denique ipsam Jurisdictionem contentiosam perpetuat cap. gratiam 20. de Offic. & pot. Judic. deleg. sententiam oppositam, quam defendunt Abbas in cap. ult. h. t. n. 20. P. Pirhing d. t. n. 28. Clariss. P. Westner ib. n. 26. & alii, ab his citati, probabiliorum iudicio.

57 Executionem citationis, cum per ipsum Judicem non fiat, ac in Ecclesia quoque fieri non sit prohibita per cap. cum parati 19. de Appellat. die feriatò licitam esse, sustinent cit. P. König n. 12. P. Pirhing n. 29. P. Haunold. tom. 5. tr. 2. n. 230. P. Westner n. 27. Gail. d. obs. n. 5. Verum & hic sententia contraria, quam tuentur

tur cit. Abbas Panormit. d. num. 20. Fagnanus n. 53. & 56. Zoësius h. t. n. 14. Reiffentuel cit. l. n. 54. Lauterbach ff. h. t. §. 18. Stryck in usu mod. pand. ad h. r. §. 8. Juri conformior mihi videtur. Enim verò in cit. l. ult. §. 1. Cod. h. t. ab initio generaliter præcipitur, ut dies feriatò à cunctis executionibus excusetur; mox specialiter jubetur, ut præconis vox horrida silescat, quæ vox præconis, nihil aliud denotat, quam infinuationem, vel denuntiationem citationis, factam per Nuntium judicialem.

Nec impedit I. quòd per Judicem ipsum non fiat: nam neque sententiæ executio semper per Judicem fit, & tamen est prohibita die feriatò: quia videlicet est complementum mandati judicialis, ac Judicis authoritate peragitur.

Nec impedit II. quòd in Ecclesia possit fieri: id enim in cit. cap. cum parati 19. non probatur, sed refertur tantum; imò, nec quòd citatio sit facta in Ecclesia dicitur, sed quòd citandus ibidem fuerit inventus; & sitam referretur, quam probatur, nescio, an à loco ad tempus bene concluderetur: quia in Ecclesia, saltem de rebus Ecclesiasticis, judicare licet per cap. ult. 11. quass. 2. & docet cum aliis Schambogen ad cit. ult. lib. 3. Decret. sub num. 11. & seqq.

Porro citatio, in diem feriatum expressè & specificè concepta, ut citans v. g. in die Paschatis, S. Joannis Baptistæ &c. compareat, est ipsò Jure nulla l. ne quis 1. §. 1. ff. h. t. & l. 5. Cod. de LL. quia est contra jus. Si tamen in 62 diem feriatum non expressè sit determinata, sed v. g. in diem 9. Maji, in quem illò anno incidit festum Ascensionis Domini, ex benignitate sustinetur, atque ad comprehendendum diè proximò non-feriatò stringit arg. cap. cum dilecti 6. §. præterea de Dolo & contumac. Panormit. cit. l. n. 21. & 22. Haunold. ubi supra n. 225. Gail. d. obs. 53. n. 2. Stryck. cit. cit. §. 9.

§ IV.

§. IV.

Possime die feriatō institui examen testium?

63 Quid iuramentum, seu veritatis, seu credulitatis, à testibus præstandum, nequeat exigi die feriatō, neminem legi, qui non assereret ob certum rotundum in cap. omnes 1. h. s. ubi indefinitè prohibetur, ne sacramenta, nisi pro pace vel alia necessitate, præstentur. Gonzalez ad d. c. sub n. 12.

64 Quod autem examen seorsim institui possit, iuramentō jam antea in die non feriatō præstitō, adstruunt Authores primæ notæ, Panormit in d. cap. ult. h. s. num. 9. Gonzalez ibidem sub n. 27. P. König eod. tit. n. 14. Gletle p. 1. pandect. q. 16. n. 6. Quorum primipilaris ratio est: quod examen testium non sit actus judicialis, utpote cū à non-Judice, & extra iudicii locum peragi valeat.

65 Verūm, inspectō Jure, & Juris ratione, istis Authoribus accedere non possum. I enim in d. cap. omnes 1. h. s. prohibetur omne placitum, seu iudicium; in cap. ult. eod. judicialis strepitus conquirere debere dicitur; & in l. ult. §. 1. Cod. d. r. cessante quācūque admonitione & exactione, à controverſis respirare litigantes jubentur: consequenter datur intelligi, omne id, quod processum iudicalem quomodocūque concernit, die feriatō omittendum esse. 66 II. negari non potest, examen testium si non partem, saltem continuationem esse iudicii: cū sit ordinatum ad probationem, quæ definitur, quod sit actus judicialis, quō iudici de re controversa fides, ac propterea in cap. quoniam 1. de Probat. inter acta iudicii refertur.

67 III. non est major sed minor ratio, cur iuramentum præstari non possit, bene tamen institui testium examen: cū iuramentum sit quasi accessorium ad examen testium, ac iuxta communem sententiam, mutuo partium.

consensu remitti possit. IV. in exami-88 ne testium requiritur cognitio, non qualiscūque, & perfunctoria, sed accurata & exacta, veluti eruitur ex l. testium 3. in pr. & §. seq. ff. de Testib. omnis autem cognitio in die feriatō vetatur in d. l. ult. §. 1. Cod. h. s.

V. te-69 stes, ex confessione cit. Authorem, non possunt cogi ad testimonium, die feriatō dicendum: ergo (inferre licet) nec sponte testimonium possunt dicere: quia, qui sponte, & non rogatus testimonium dicit, suspectum se facit, quod magis ex affectu privato, quā veritatis amore testificatur. Idem ante metradidit Antonius de Butrio, & Gantuz, Vallesius h. s. n. 14. D. Braun h. s. p. 68. Zoësius d. t. n. 13. P. Pirhing ibid. n. 32. P. Wiestner ibid. n. 31. Schambogen ibid. n. 32. Stryck. cit. tit. §. 8.

Patet ex his, examen testium esse actum iudiciale. Nec officit (ut obicitur ex adverso) quod à non-Judice peragi valeat, Nam neque citationis, neque sententiæ executio fieri debet à Judice; & tamen est prohibita die feriatō: cū saltem auctoritate & nomine iudicis fiat. Ergo & examen erit prohibitum: cū certè vel ab ipso iudice fieri debeat, vel à Commissario iudicis arg. cit. cap. quoniam 11. de Probat. cap. super questionem 27. §. verum & §. seq. de Offic. & pot. iudic. deleg. d. l. testium 3. §. 1. & 2. seq. ff. de Testib. Si milititer nec obest, quod extra locum iudicii testes examinari possint: non enim executio tantum, sed & citationis decretum, sed & sacramenti præstatio, sed & actus alii extra iudicii locum peragi valent; & nihilominus prohibiti sunt: quia iudicium vel complet, vel continuant, vel integrant.

§. V.

Possime sententia ferri die feriatō?

72 De sententiis tam civilibus, quā criminalibus, quibus poena sanguinis & vindicativa dicitur, certum est, quod die festivo nequeant ferri d. cap. omnes 1. & cap. ult. ibi: nec processus habitus tenent, nec sententia, quam contra singulis diebus huiusmodi promulgari.

Sed non aequè certum est, an etiam sententia censura Ecclesiastica, suspensionis, excommunicationis &c. ferri non possit? Valide siquidem & licite censuram ferri, asserunt Panormitan. loc. sup. cit. n. 16. Suarez, Layman apud & cum P. Wiestner h. s. n. 32. quia censura non est propriè dicta sententia, nec vindictam, sed medicinam spirat.

§. VI.

Possime quis in die festivo appellare?

73 Extra casum necessitatis, quod videlicet jus appellandi, propter elapsum decandium,

evanesceret, sententiam negativam, in quam propendit Zoësius hic num. 18. viciniorem credo

credo textui Juris in l. quoniam 1. Cod. h. s. ubi, cū Imperatores Constantinus & Maximianus consulti fuissent, an observantia Feriarum, quæ rebus feliciter gestis proveniunt, ad appellatum quoque tempora porrigenda sit? Rescripserunt: in causis provocacionum iugiter, & sine aditamento huiusmodi dierum tempora servari debere.

Ratio est: quia interpositio appellacionis fit coram Iudice; facit initium novæ controverſiæ, iudicio, & instantiæ; suspendit omnia retrō acta judicialia; ac cognitionem iudicis, sitne frivola, vel legitima? desiderat. Ergo tam parum proponi potest dierum, quā parum actus, antea recensiti.

77 Qui sequuntur affirmativam cum Fagnano d. l. n. 21. P. Pirhing d. l. n. 33. D. Philippo Braun cit. p. 68. P. Wiestner n. 35. obiciunt: appellacionis interpositionem non esse actum judicialis & contentiosæ Jurisdictionis; & si

esset, ex eo capite sustinendam, quia pertinet ad defensionem, Jure Naturali permiscam.

Verūm retortionem patiur hæc obiectio in 78 appellacionis prosecutione, quam licet eodem jure, & actum non iudiciale esse, & ad naturalem defensionem pertinere, dici possit, in die tamen festivo illicitam, ex Adversariis P. Wiestner cit. loc. num. 34. & seq. concedit. Igitur in primis verum non est, quod interpositio appellacionis non sit actus judicialis & contentiosæ Jurisdictionis, ex ratione jam data. Deinde verum non est, actus omnes, ad defensionem reducibiles, esse permiscos die festivo: sic enim omnes exceptiones, ad rei defensionem comparatas, die festivo proponere, concessum foret. Plus itaque non sequitur, quā in casu necessitatis, quod jus appellandi ratione decendi concederet, appellacionem interponi posse.

SECTIO IV.

De Dilationibus.

SUMMARIUM.

81. Feriis affines sunt Dilationes. 82. Dilationis descriptio. 83. Est justum temporis intervallum. 84. Ad actum iudicalem, commodius peragendum. 85. & seq. Actoris & reo concessum. 87. & seq. Discrimen inter Ferias & Dilationes suggeritur. 89. & seq. Dilatio legalis, alia Judicialis. 92. Legalis computatur à die concessa. 93. & seq. Exceptis ca-

stibus in cap. frequens 1. de Rest. spoliar. in 6. & cap. pia 1. de Except. eod. in 6. 95. In Judiciali spectanda mens iudicis. 96. Tempus illius est continuum. 97. Nisi plures feriatō dies intercurrant. 98. Dies termini computatur in termino. 99. Dilatio a iudice parti communis. 100. & seq. Sifti iudicis cursum. 102. & seq. Est peremptoria.

§. I.

Quid & quōtuplex sit Dilatio?

81 Feriis affines sunt Dilationes, quatenus eō tempore, quō Dilatio conceditur, iudicium continuare non licet.

82 Definitur Dilatio, quod sit justum temporis intervallum, quod ad actum iudicalem, commodius peragendum, litigantibus conceditur. Ità ferè Clariss. DD. Antecessores, P. Engel ad tit. de Dilat. num. 1. P. König ibid. num. 1.

83 Dixi I. justum temporis intervallum. Sive enim Lex, sive Iudex Dilationem indulgeat, oportet servare iustitiam in assignatione temporis & termini, non iste vel nimium abbrevietur, vel nimium proleteretur; habitā ratione causæ, personarum, itinerum, aliarumque circumstantiarum per textum in cap. dilecti 1. & cap. exposuit 4. h. s. ubi Gonzalez num. 3. & seq. P. Engel ad eund. tit. n. ult. P. Wiestner ibid. num. 18. alioquin, si Iudex moderamen non observe, locus appellacioni datur. P. König ad eund. tit. n. 10. Gail. 1. obs. 53. n. 20. & obs. 91. n. 13.

84 Dixi II. quod ad actum iudicalem, commodius peragendum. Ubi cernitur finis & utilitas Dilationis: cū enim unō & eodem quasi momento nequeat processus iudiciarius absolvi; hinc ad actus iudiciales, totumque processum

commodius absolvendum, necessaria est Dilatio.

Dixi III. litigantibus conceditur; nec fecit distinctionem inter actorem & reum; huic enim & illi Dilatio permittenda; imò majus semper spatium reo quā actori tribuendum arg. l. ult. ff. de Fer. quia hic paratus ad iudicium venire; ille, quibus sit armis impetendus, expectare, ac de remediis defensionalibus cogitare debet. l. penult. in pr. & §. un. in fin. Cod. de Temporib. in integr. rest. Ummius ad Process. disp. 7. th. 5. sub n. 20. Gail. d. obs. 91. num. 6. Rosbach in proc. cit. 27. n. 14. Gonzalez cit. l. num. 4. Lauterb. ad cit. tit. ff. §. ult. Et, si reus non propriè sed defuncti nomine conveniatur, majus adhuc intervallum ei dandum per l. oratione 7. ff. de Fer. R. J. de Anno 1645. §. 69. solum hinc iuris 37. R. J. de Anno 1654. §. 8. vult e quod utpote cum obligationes & jura defuncti iuste præsumantur ignorare. Brunnen. de Processu Civ. cap. 6. num. 8.

Si exquiras: quale sit discrimen inter Ferias & Dilationes?

Resp. discrimen esse duplex. Nam Feriæ causant totalem vacaturam litium, respectu causarum & perionarum omnium; Dilationes

nes vacaturam tantummodo partialem, respectu unius alteriusve personæ vel causæ pariant. Item Dilaciones negativè potius cessationem à litibus inducunt, quatenus necessitatem litigandi tollunt; econtrà Feriæ cessationem inducunt positivè, quatenus omnem strepitum iudiciale vetant, jubentque vel sacris exercitiis, vel publicis applausibus populum intendere. Clariff. D. de Wolle-
reus in Quæst. select. Venetianar. q. 9. n. 3.

91 Dividitur Dilatio in Legalem & Judicialem. Legalis est, quæ statuitur à Legge vel consuetudine; cujusmodi est dilatio citatoria, delib-
eratoria, probatoria, appellatoria, execu-

toria; de quibus in suis locis. Judicialis 90 est, quæ statuitur à Judice. Tritum verò de-
cantatumque principium est, Jure Canonico & hodiernò Dilaciones omnes ab arbitrio Judicis pendere, sic tamen ut observet, quæ præmissa sunt in num. 85. Textus in cap. dile-
cti l. b. r. Gonzalez ibid. n. 4. P. Engel num. 5. P. König n. 10. Gall. cit. obs. 91. n. 6. Lauter-
bach cit. §. ult. Id tamen omnino do-
lendum ait Stryck. in usu mod. pand. ad tit. de Fer. §. 21. quòd hodie sine causæ cognitione, ad nudam partis instantiam, Dilatio concedatur contra l. ult. ff. de Fer. l. à procedente 4. Cod. h. r. Brunn. ibid. num. 1. König d. l. n. 14.

§. II.

Quomodo Tempus in Dilationibus computetur?

92 IN computatione temporis quoad Dilationes considerandum est initium, medium, & terminus. Initium temporis, pro Dilatione à Legge statuti, sumitur statim à die concessæ Dilationis per textum in l. siquidem 1. §. 5. ff. Quando appell. est enim hujusmodi tempus continuum, ac currit de momento in momentum l. denique 3. §. 3. ff. de Minorib. ubi Bruan. num. 15. l. ult. Cod. si major fact. Lult. in pr. Cod. de Temporib. in integr. restit. Antonell. de Tempore Leg. lib. 1. cap. 16. n. 1. Et licet in cap. frequens 1. de Restit. spoliat. in 6. tempus 35. dierum. pro exceptione spolii probanda determinatum, incipiat non à die propositæ exceptionis, sed subsequenti: licet etiam in cap. pia 1. de Except. eod. in 6. tempus 8. dierum, pro exceptione excommunicationis demonstranda præfixum, non à die propositæ, sed altera sumat exordium: atamen hi casus non per modum regulæ, sed exceptionis sunt accipiendi: ideoque subintrat notum axioma, quòd exceptio firmet regulam in casibus, non exceptis.

93 In Dilatione Judiciali cum Magnif. P. König ad b. r. n. 20. Clariff. P. Schmalzgrueber ibid. n. 25. universaliter determinari non po-
test initium termini dilatoriæ, sed potius intentio Judicis, quæ colligitur ex verbis, spectari debet. In dubio tamen credere, initium fieri statim à momento concessæ Dilationis: eò quòd Judex sit custos & servator Legis; eique sua decreta & mandata conformare præsumatur.

94 Terminus, seu ultimus dies Dilationis, computatur in termino, totusque cedit in commodum partis, Dilationem petentis; adeò ut qui justus est instrumentum intra octiduum exhibere, etiam octavo die utiliter exhibere valeat. König num. 22. Schmalzgrueber num. 27. & ali DD. jam citati in suis locis.

95 In Dilatione Judiciali cum Magnif. P. König ad b. r. n. 20. Clariff. P. Schmalzgrueber ibid. n. 25. universaliter determinari non po-

96 Tempus intermedium Dilationis esse continuum; atque adeò dies feriatis, si qui intercurrant, esse computandos, extra controverfiam est l. si ve pars 3. Cod. h. r. Et tamen servatà discretione, ut, si plerique vel plures dies essent feriati, illis subductis toridem alii non feriati substituantur arg. l. sed est 26. §. 7. ff. Ex quib. caus. major. Antonell. de Temp. leg. cit. l. & cap. 16. n. 2. König ubi supra num. 21. Wieselner ad cit. tit. n. 19. Schambogen n. 7. Schmalzgrueber n. 26.

97 Terminus, seu ultimus dies Dilationis, 98 computatur in termino, totusque cedit in commodum partis, Dilationem petentis; adeò ut qui justus est instrumentum intra octiduum exhibere, etiam octavo die utiliter exhibere valeat. König num. 22. Schmalzgrueber num. 27. & ali DD. jam citati in suis locis.

98 Terminus, seu ultimus dies Dilationis, computatur in termino, totusque cedit in commodum partis, Dilationem petentis; adeò ut qui justus est instrumentum intra octiduum exhibere, etiam octavo die utiliter exhibere valeat. König num. 22. Schmalzgrueber num. 27. & ali DD. jam citati in suis locis.

§. III.

Quis sit Effectus Dilationis?

99 Effectus Dilationis est I. quòd utrique litigantium sit communis, ac directè quidem proficiat petenti, per indirectum verò proficit alteri, contra quem petitur per textum in l. penult. §. un. inf. Cod. de Temporib. in integr. restit. Brunn. ibid. num. 7. II. quòd, antequàm elabatur terminus, excuset à mora & pœna; suspendat officium Judicis; cursum judicii sistat; ita quidem; ut actus, in odium illius, qui Dilationem impetravit, exerciti, sint ipsò Jure nulli l. si ve pars 3. Cod. h. r. Brunn. ibid. n. 2. l. ult. §. 11. Cod. de Jure delib. Nov. 53. cap. 3. propè fin. & arg. cap. præced. 2. 101 inf. d. l. Incertum si quid Judex super alio, quàm petitæ Dilationis, articulo statuat, aut ordinet, validum censetur: utpote cum ma-

nus ei non absolute, sed respectu negotii, propter quod postulata Dilatio, ligentur per l. generaliter 12. §. 4. Cod. de R. Ci. Brunnem. d. l. num. 12.

III. quòd, si terminus Dilationis effluxerit, non liceat actum, cujus gratià fuit indultus, peragere, sed ille preceptus, aut præscriptio privativè censetur esse suppressa, ut patet in Dilationibus seu fatalibus appellatoriis. P. König h. r. num. 19. Stryck. in usu mod. ad tit. ff. de Feriis §. 19. ubi tamen ex R. J. de Anno 1674. §. 50. notat. terminum probatorium, à Judice designatum, non esse preceptorium, nisi post tertiam Dilationem, à Judice concessam. Nihilominus totus illius est, ut, qui terminum dilatorium

jam

jam jam ad metam properare conspicit, non expectet illius totalem interitum, sed antecederet prorogationem petar. Lauterbach

ad cit. tit. ff. §. 28. Miller ad Struv. exercit. 5. th. 37. lit. a. P. Reiffersuel ad tit. de Dilation. num. 71. & seqq.

CAPUT VI.

De Forma & Ordine Judicii.

Nihil in universo mundo concinnius est & elegantius, quàm exactus rerum ordo. Hunc in Judiciis quoque non tantum in modo procedendi (de quo in sequentib. tract.) sed etiam in modo cognoscendi apprimè commendari & desiderari, argumento sunt tituli in Jure Canon. & Cod. de Ordine Cognitionum, & de Ordine Judiciorum. Ordinem itaque, in causarum cognitione attendendum, pro forma Judicii hic pono.

SECTIO I.

De Ordine generatim in quarumlibet causarum cognitione servandò.

SUMMARIA.

- 1. Suadent certa regula de Ordine cognitionum. 2. Prima regula est, quòd primo de questione præjudiciali vel quasi sit cognoscendum. 3. & seqq. Quæternæ exempla adducuntur. 8. Regula secunda est, quòd major questio minori præferenda sit. 9. & seqq. In questione sponsalium prius de objecto inventio, quam sponsalibus judicandum. 12. & 13. Questio incidens co-

ram Judice causa principalis tractanda. 14. & seqq. Nisi de re spirituali sit. 20. Ac ritus spiritualis involvatur. 21. Nec meri de factis agatur. 22. Questiones coincidentes quoadque pluribus sententiis decidenda sunt. 23. Si videlicet ad plures Judices spectent. 24. & 25. Aut casum principale non attingant. 26. & 27. Non eriam, si causam principalem concernant.

§. I.

Traduntur regula cum exemplis de Ordine cognitionum.

1. UT quælibet causa tractetur ordinatè, regulæ sequentes, frequentissimò DD. calculò firmatæ, ante oculos habendæ sunt. Prima regula. Quando concurrat questio præjudicialis vel quasi à qua scilicet discussio reliquarum dependet, illa præprimis ventilanda, & decidenda est. Ratio est: quia sepe contingeret, quæstiones reliquas frustra disceptari, nisi illa, à qua pendent, antecederet disceptata fuisset: sicque lites, cum non modica & Judicium molestia, & litigantium detrimento, frustra multiplicarentur.

res non sis. Prius questio de titulo hæredis, quàm hæreditatis divisione decidenda est: cum nequeat ad divisionem vel agi, vel procedi, si constat, actorem non esse hæredem l. per familia 2. in pr. ff. Famil. hereticanda.

2. Exemplum primum. Agis in Judicio, & questio statûs tibi moveretur, quòd sis servus, Laicus, excommunicatus &c. ante disceptationem causæ principalis questio statûs, tantquam præjudicialis, est dignoscenda per cap. intelleximus 7. de Judic. cap. exceptionem 12. de Exception. l. adie 1. Cod. de Ord. Judicior. l. cum & ipse 1. Cod. de Ord. cognit. Ratio est: quia questio præjudicialis est talis nature, ut ante ipsam nulla alia possit moveri: quippe cum jus agendi ab illa dependeat.

Exemplum tertium. Petis fundum Cornelianum, & simul eadem fundo servitutem itineris asseris. Prima discussio non erit deo servitute, sed proprietate fundi: quandoquidem servitutem fundo non potest asserere, qui Dominus fundi non est l. fundum 16. ff. de Except. h. de servitutibus 2. §. 1. ff. Si servit. viciâ dicit.

3. Exemplum secundum. Agis ad divisionem hæreditatis, & opponitur tibi, quòd hæ-

Exemplum quartum. Mulier agit ad divortium propter lævitiam mariti, ac illò lævitiam negante, obtendit, matrimonium nulliter esse contractum; ante de matrimonii valore, quam divortio cognoscendum erit: quia, si constat, matrimonium non valuisse, in vanum super divortio litigatur. Unde 7 DD. aliam regulam ponere solent, quòd ex duabus questionibus in cognoscendo illa alteri sit præferenda, in qua sententia seu abolutoria, seu condemnatoria lata, parit exceptionem rei judicatæ in altera. Sed hæc regula coincidit cum nostra: quia talis questio,